

LIBER SEPTIMUS

Apud Latīnīs

Tū quoque, lītoribus nostrīs, Ænēia nūtrīx,
æternam moriēns fāmam, Caiēta¹, **dedisti!**

Et nunc **servat** honōs sēdem tuus²; ossaque nōmen,
4 Hesperī^ā in magnā, — sī qua ^est ea glōria — **signat**.

At pius, exsequiis Ænēās rīte solūtis,
aggere compositō tumulī, postqu^{am} alta **quiērunt**
æquora, **tendit** iter vēlis; portumque **relinquit**.
8 **Aspirant** aur^æ in noctem, nec candida cursūs
lūna **negat**: **splendet**, tremulō sub lūmine, pontus.

Proxima Circææ **rāduntur** litora terræ,
dīves inaccessōs ubi Sōlis filia lūcōs
12 adsiduō **resonat** cantū. Tēctisque superbīs
ūrit odōrātā, nocturn^a in³ lūmina, cedrum
— argūtō⁴ tenuīs, percurrēns pectine⁵ tēlās.
Hinc exaudīrī gemitūs iræque leōnum,
16 *vincla recūsant^{um}, et sērā sub nocte rudentum⁶;*
sætigerīque suēs, atqu^e in præsepibus ursī,
sævīr^e; ac fōrmæ magnōr^{um} ululāre lupōrum...
quōs, homin^{um} ex faciē, dea sæva, potentibus herbīs,
20 **induerat** Circ^ē in vultūs ac terga ferārum.

Quæ nē mōnstra piū paterentur⁷ tālia Trōēs,
dēlātⁱ in portūs, neu lītora dīra subīrent,
Neptūnus ventīs implēvit vēla secundīs;

-
1. CAIĒTA, n. f. — Gaète est sur la frontière du Latium et de la Campanie.
 2. *honos tuus* — Il s'agit donc de l'honneur qu'on rend à Caieta en ces lieux.
 3. *nocturna in lūmina* — C'est la direction vers laquelle va le feu initié par Circé, et qui donc l'illumine.
 4. ARGŪTUS, -A, UM, *adj. qual.* — expressif, sonore, éclatant... argentin
 5. PECTEN, --INIS, n. nt. — peigne. [*to pluck*, « pincer, plumer »; κταις, peigne; pétoncle]
 6. RUDŌ, RUDIS, RUDERE, RUDĪVĪ, RUDĪTUM, v. i. — braire, rugir, hurler. [*rūmor, rāvis, raucus...* onomatopéique?]
 7. *nē mōnstra paterentur* — qu'ils n'endurent pas ces monstruosités, ces faits monstrueux.

24 *atque fugam **dedit**, et præter vada fervida **vexit**.*

***J**amque **rubescēbat** radiis mar^e; et, æther^e ab altō,
Aurōr^a in roseis **fulgēbat** lūtea bigīs,*

*cum ventī **posuēr**^e; omnisque repente **resēdit***

28 *flātus⁸, et in lentō **luctantur** marmore tōnsæ⁹.*

Atque hīc, Ænēās ingent^{em} ex æquore lūcum

***prōspicit**. Hunc inter, fluviō Tiberīnus amcēnō*

verticibus rapidīs, et multā flāvus harēnā,

32 *in mare **prōrumpit**. Variæ, circumque suprāque,*

adsuētæ rīpīs, volucrēs, et flūminis alveō,

*æthera **mulcēbant** cantū, lūcōque **volābant**.*

Flecter^e iter sociīs, terræqu^e advertere prōrās

36 ***imperat**; et lætus, fluviō **succēdit** opācō.*

***N**unc age, quī rēgēs, Eratō, quæ tempora rērum
quis Latī^o antīquō **fuert** status, advena classem*

*cum prīm^{um} Ausoniīs exercitus **appulit** ōrīs,*

40 ***expediam**; et prīmæ **revocāb**^o exōrdia pugnæ.*

*Tū vātem, tū, dīva, **monē**. Dīc^{am} horrida bella;*

***dīc**^{am} aciēs, āctōsqu^e animīs¹⁰ in fūnera rēgēs¹¹,*

Tyrrhēnamque manum, tōtamque sub arma coāctam

44 *Hesperiam. Majōr rērum mihi **nāscitur** ōrdō;*

*majjus opus **moveō**. Rēx arva Latīnus et urbēs,*

*jam senior, longā placidās in pāce **regēbat**.*

***H**unc Faun^o, et nymphā genitum Laurente Maricā,
48 ***accipimus**; Faunō Pīcus¹² pater, isque parentem**

8. FLĀTUS, -ŪS, n. m. — souffle, respiration, haleine. [to blow]

9. TŌNSA, -Æ, n. f. pl. — rames, avirons. [tundō, battre; contondant]

10. Ici, *animus*, au pluriel est à entendre dans le sens de « sentiments, désirs... »

11. Ces rois, ce sont Latinus, Turnus, Mézence.

12. PĪCUS, -Ī, n. m. — Le pivert, pīcus Mārtius, est consacré à Mars et a des facultés prophétiques. Picus est comme Faune un dieu de la campagne (Ovide, *Fastes*, III, 315): « *Dī sumus agrestēs, et quī dominēmur in altīs / montibus* ». On a rattaché encore Picus à la légende de Circé; on racontait qu'elle avait donné cette forme à un héros pour le punir d'avoir méprisé son amour.

tē, Sāturne¹³, *refert*, tū sanguinis ultimus auctor.

Fīlius huic, fātō dīvum, prōlēsque virilis

nūlla **fuit**; primāqu^e oriēns **ērepta** juventā ^est.

52 Sōla, dom^{um} et tantās **servābat** filia sēdēs,

jam mātūra virō, jam plēnīs nūbilis annīs.

Multⁱ illam, magn^o ē Latiō, tōtāque **petēbant**

Ausoniā : **petit**, ant^e aliōs pulcherrimus omnīs,

56 Turnus, avīs atavisque potēns, *quem rēgia conjūnx*

*adjungī generum mīrō **properābat** amōre ;*

sed variīs portenta deum terrōribus **obstant**.

Laurus *erat tēctī mediō, in penetrālibus altīs,*

60 *sacra comam, multōsque metū servāta per annōs,*

quam pater inventam, primās cum conderet arcēs,

ipse ferēbātur Phæbō sacrāsse Latīnus,

Laurentīsqu^e ab eā, nōmen posuisse colōnīs.

64 *Hujus apēs summum, dēnsæ — mīrābile dictū! —*

strīdōr^e ingentī, liquidum trāns æthera vectæ,

obsēdēr^e apicem ; et, pedibus per mūtua¹⁴ nexīs,

*exāmen subitum rāmō frondente **pependit**.*

68 *Continuō vātēs* « Externum **cernimus**, **inquit**,

adventāre vir^{um}, et partīs peter^e agmen eāsdem,

partibus ex ¹⁵īsd^{em}, et summā dominārier arce. »

Prætereā, castīs **adolet**¹⁶ d^{um} altāria tædis¹⁷,

72 *et juxtā genitōr^{em} **astat** Lāvīnia virgō,*

*vīsa — nefās! — longīs **comprēndere** crīnibus ignem,*

*atqu^e omn^{em} ōrnātum flammā crepitante **cremārī**,*

13. SATURNE, dieu des semailles, dont l'ancien nom est *Saturnus*, et dont la fête remonte à l'achèvement des semailles, le 17 décembre. Il figure parmi les premiers rois pour représenter une époque heureuse que les Romains confondent avec l'âge d'or des Grecs : « *Saturnus vite meliōris auctor* » (Macrobe, I, 7, 24).

14. PER MŪTUA — mutuellement.

15. Les abeilles sont venues de la mer, comme les Troyens en viendront.

16. Il faut sans doute comprendre ici que c'est Latinus, le père de famille qui brûle les *exta* réservés aux dieux sur l'autel des Pénates.

17. TÆDA, -Æ, n. f. — pin. [it. *teda*, torche nuptiale]

76 *rēgālisque accēnsa comās, accēnsa corōnam
insignem gemmīs; tum fūmida, lūmine fulvō
involv^ī, ac tōtis Volcānum spargere tēctīs.*

Id vē^o horrend^{um} ac vīsū mirābile ferrī :

80 *namque for^e inlūstrem, fāmā fātisque, canēbant
ipsam, sed populō magnum portendere bellum.*

At rēx, sollicitus mōnstrīs, ōrācula Faunī,

fātīdicī genitōris, **adit**; lūcōsque sub altā

cōnsulit Albunē¹⁸ — nemorum quæ maxima, sacrō

84 *fonte sonat; sævamqu^e exhālat opāca mephītīm¹⁹.*

Hinc Italæ gentēs, omnisqu^e Ēnōtria²⁰ tellūs,

in dubiīs, respōnsa petunt. Hūc dōna sacerdotēs

cum tulit, et cæsār^{um} ovium — sub nocte silentī —

88 *pellibus incubuit²¹ strātīs, somnōsque petivit,*

multa modīs simulācra videt volitantia mirīs;

et variās audit vōcēs, fruiturque deōrum

conloqui^o; atqu^e imīs Acheront^a adfatur Avernīs.

92 **H***īc et tum pater ipse, petēns respōnsa Latīnus,
centum lānigerās mactābat rīte bidentīs;*

atqu^e hār^{um} effultus²² tergō, strātisque jacēbat

velleribus. Subit^a ex altō vōx reddita lūcō^e st :

96 *« Nē pete cōnūbiīs nātam sociāre Latīnīs,*

ō mea prōgeniēs, thalamīs neu crēde parātīs :

externī venient generī, quī sanguine nostrum

18. *Sub altā Albunēā* : au pied de la cascade élevée que formait la plus importante des sources sulfureuse de Tivoli. Du moins, c'est à Tibur (Tivoli) que Servius place l'Albunée ; Probus la met dans le bois de Laurente, plus près de la mer.

19. MEPHĪTIS, -IS, *n. f.* — exhalaison sulfureuse. [*Mephītis*, déesse samnite, de l'osque *meftū* « qui se tient au milieu »]

20. Les Énotriens, habitants anciens du Bruttium et de la Lucanie passaient pour des Arcadiens venus en Italie dix-sept générations avant la guerre de Troie. Leur héros éponyme, Ēnotrus, fils de Lycaon et petit-fils de Pélasge, les rattachait aux populations dites Pélasgiques.

21. Virgile évoque ici une forme de divination, l'incubation, ἐγκοίμησις, qui consistait à dormir dans le temple sur la peau des victimes et à y attendre les songes envoyés par la divinité. Quand le dormeur n'était pas un prêtre, le songe était soumis à des interprètes.

22. EFFULTUS, -A, -UM — appuyé sur, soutenu. [ex, fulciō, de l'indo-européen commun *bhel(k)-, « poutre de soutien », qui donne aussi φάλαγγξ, « phalange », *phalanga*, « rondins », le français *bloc* sur une racine germanique, l'anglais *balk*.]

100 nōmen in astra *ferant*, quōrumqu^e ā stirpe, nepōtēs
omnia sub pedibus — quā sōl utrumque recurrēs
aspicit Ōceanum — vertīque regīque *vidēbunt*. »

Hæc respōnsa patris Faunī, monitūsque silentī
nocte datōs, nōn ipse suō **premit** ōre Latīnus ;

104 *sed, circum lātē volitāns, jam Fāma per urbēs*
Ausoniās tulerat, cum Lāomedontia²³ pūbēs
grāmineō rīpæ religāvit ab aggere classem.

108 **Æ**nēās, prīmīque ducēs et pulcher Iūlus,
corpora sub rāmīs **dēpōnunt** arboris altæ ;
instituantque dapēs, et adōrea²⁴ lība per herbam
subjiciunt epulīs — *sic Juppiter ipse monēbat* —
et Cereāle solum pōmīs agrestibus **augent**.

112 *Cōnsūmptīs hīc fort^e aliīs, ut vertere morsūs*
exigu^{am} in Cererem pēnūri^a adēgit edendī,
et violāre, manū mālisque audācibus, orbem
fātālis crustī²⁵, patulīs nec parcere quadrīs :

116 « Heus, etiam mēnsās **cōnsūmimus** ? » **inquit** Iūlus,
nec plūr^a, adlūdēns. Ea vōx audīta, labōrum
prīma tulit finem — prīmamque loquentis ab ōre
ēripuit pater ; ac stupefactus nūmine, pressit.

120 *Continuō « Salvē, fātīs mihi dēbita tellūs !*
vōsque, ait, ō fidī Trojæ salvēte penātēs !
Hic domus, hæc patria ^est. Genitor mihi tālia namque
— nunc **repetō** ! — Anchīsēs fātōrum arcāna **reliquit** :

124 “Cum tē, nāte, famēs ignōta, ad litora vectum,
accīsīs **cōget** dapibus cōsumere mēnsās,
tum spērāre domōs dēfessus : ibīque **mementō**
prīma locāre manū, mōlīriqu^e aggere tēcta.”

23. Laomédon est le père de Priam.

24. ADŌREUS, -A, -UM, adj. qual. — de blé, d'épeautre. [*ador*, PIE *h₂éd-ōs]. LIBUM, -Ī, n. nt. — gâteau, galette ; libation.
[rattaché à *libāre* par Varron. À rapprocher de λίπος ?]

25. CRUSTUM, -Ī, n. nt. — gâteau, pâtisserie, galette

128 Hæc **erat** illa famēs, hæc nōs suprēma **manēbat**²⁶,
 exitiīs positūra modum !
 Quār^e **agit**^{e1} et primō lætī cum lūmine sōlis,
 quæ loca, quiv^e **habeant** hominēs, ubi mœnia gentis,
 132 **vestigēmus**, et ā portū dīversa **petāmus**.
 Nunc paterās **libāte** Jovī; precibusque **vocātē**
 Anchīsēn genitōr^{em}, et vīna **repōnite**²⁷ mēnsīs. »

136 **S**ic deīnd^e effātus, frondentī tempora rāmō
implicat. Et geniumque locī, primamque deōrum
 Tellūrem, Nymphāsqu^e, et adhūc ignōta **precātur**
 flūmina; tum Noctem, Noctisqu^e orientia signa,
 Īdæumque Jovem, Phrygiamqu^e ex ōrdine Mātrem²⁸,
 140 **invocat** — et duplicis, cælōqu^e Ereboque²⁹, parentis.
Hic, pater omnipotēns ter, cælō clārus ab altō,
intonuit; radiisqu^e ārdentem lūcis et aurō,
ipse manū quatiēns, ostendit ab æthere nūbem.
 144 **Dīditur**³⁰ hic subitō, Trojāna per agmina, rūmor :
 advēnisse diem quō dēbita mœnia **condant**.
 Certāt^{im} **instaurant** epulās; atqu^e ōmine magnō
 crātēras lætī **statuunt**, et vīna **corōnant**.

148 **P**ostera cum primā **lūstrābat** lampade terrās
 orta diēs, urb^{em} et finīs et litora gentis
 dīversⁱ **explōrant** : hæc, fontis stāgna Numicī³¹;
 hunc, Thybrim fluvium; hīc, fortis habitāre Latīnōs.
 152 Tum satus Anchīsā, dēlectōs ōrdin^e ab omnī,
 centum ōrātōrēs, august^a ad mœnia rēgis,
 ire **jubet** — rāmīs vēlātōs Palladis omnīs —

26. MANEŌ + acc. — attendre qq'un ou qqch : être réservé à .

27. Pour le boire dans un second service, équivalant au συμπόσιον grec.

28. La Mère Phrygienne est la mère des dieux, Cybèle, qu'on associe au mont Ida, et qui fut identifiée à Rhéa.

29. Les deux parents d'Énée : Vénus est au ciel, Anchise dans l'Érèbe.

30. DĪDŌ, -IS, -ERE, DĪDĪ, DĪDITUM, v. t. — distribuer, répandre.

31. Le Numicus, aujourd'hui Rio di Pratica, est à trois ou quatre lieues du Tibre.

dōnaque ferre virō, pācemque exposcere Teucrīs.

156 **H**aud mora : **festinant** jussī, rapidisque **feruntur**
 passibus. Ips^e humili **dēsignat** mcēnia fossā ;
mōliturque locum, prīmāsqu^e in lītore sēdēs,
 castrōr^{um} in mōrem ; pinnīs³² atqu^e aggere **cingit**.

160 *Jamqu^e iter ēmēnsī, turrīs ac tēcta Latīnōrum*
ardua cernēbant juvenēs ; mūrōque subībant.

Ant^e urbem puerⁱ, et prīmævō flōre juvenus,
exercentur equīs ; **domitant**qu^e in pulvere currūs.

164 Aut ācrīs **tendant** arcūs, aut lenta lacertīs
 spīcula **contorquent**. Cursūqu^e ictūque **laccessunt**,
 cum prævectus equō, longævī rēgis ad aurīs,
 nūntius ingentīs, ignōt^a in veste, **reportat**

168 advēnisse virōs. Ill^e intrā tēcta vocārī
imperat ; et soliō medius **cōnsēdit** avītō.

Tect^{um} august^{um}, ingēns, centum sublīme columnīs,
 urbe **fuit** summā, Laurentis rēgia Pīcī³³,
 172 *horrendum³⁴ silvīs, et relligiōne parentum.*

Hīc scēptr^a acciper^e, et prīmōs attollere fascīs
rēgibus ōmen³⁵ erat ; hoĉ illīs cūria templum,
hæ sacrīs sēdēs epulīs ; hīc, arĉete cæsō,

176 *perpetuīs³⁶ solitī patrēs cōnsīdere mēnsīs.*

Quīn etiam, veterum effigiēs ex ōrdin^e avōrum,
antīqu^a ē cedrō| : Italusque, paterque Sabīnus
vītisator, curvam servāns sub imāgine falcem,

32. PINNA, -Æ, n. f. — merlon, panneau plein entre deux créneaux. [*penna*]

33. C'est le palais de Picus parce que c'est son temple.

34. HORRENDUS, -A, -UM, *adj. qual.* — effroyable, terrible, redoutable ; qui inspire un respect religieux. On est en droit de se demander où sont les forêts, ou la forêt, si l'on entend un pluriel poétique, qui rendent mystérieux et impressionnant ce palais, ce temple : se trouvent-elles dans la citadelle, autour du temple, comme le bois sacré d'Apollon autour du palais d'Auguste, ou autour de la ville, qui semblerait ainsi surgir des forêts ? On penserait alors davantage au sanctuaire des Latins, le *lūcus Ferentīna*, qu'évoque Tite-Live (I, 50).

35. Cet ŌMEN peut être lu comme une métonymie pour « une coutume d'heureux augure ». Notez que dans ce vers, à la césure (penthémimère), on a une brève en position de longue, avec « *erat* ».

36. Il s'agit sans doute d'évoquer une file ininterrompue de tables.

180 *Sāturnusque senex, Ĵānīque bifrontis imāgō,*
*vestibul^o **astābant** — aliūqu^e ab orīgine rēgēs,*
Mārtiaqu^e, ob patriam pugnandō, vulnera passī.

Multaque prætereā, sacrīs in postibus, arma :
 184 captīvī **pendent** currūs, curvæque secūrēs,
 et cristæ³⁷ capit^{um}, et portār^{um} ingentia claustra,
 spīculaque, clipeīque, ēreptaque rōstra carīnīs.

*Ipse, Quirīnālī lituō, parvāque **sedēbat***
 188 *succinctus trabeā³⁸, lævāque ancīle³⁹ **gerēbat***
Pīcus, equum domitor — quem, capta cupīdine conjūnx,
aureā percussum virgā, versumque venēnīs
***fēcit** avem Circē, **sparsitque** colōribus ālās.*

192 **T***ālⁱ intus templō, dīvum patriāque Latīnus*
*sēde sedēns, Teucrōs ad sēs^e in tēcta **vocāvit,***
*atqu^e hęc ingressīs, placidō prior **ēdidit** ōre :*

« **Dicite**, Dardanidæ — nequ^e enim nescīmus et urbem
 196 et genus, audītiqu^e **advertitis** æquore cursum —
 Quid **petitis** ? quæ causa ratēs, aut cujūs egentīs,
 lītus ad Ausonium, tot per vada cærula, **vēxit** ?
 Sīv^e errōre viæ, seu tempestātibus āctī,
 200 — quālia multa marī nautæ **patiuntur** in altō —
 flūminis **intrāstis** rīpās, portūque **sedētis** :
 nē **fugit^e** hospitium, nēv^e **ignōrāte** Latīnōs,
 Sāturnī gent^{em}, haud vinclō nec lēgibus æquam,
 204 sponte suā, veterisque deī sē mōre tenentem.

Atqu^e equidem **meminī** — fāma **est** obscūrior annīs —
 Auruncōs ita ferre senēs : hīs ortus ut agrīs,
 Dardanus Īdæās Phrygiæ **penetrārit** ad urbēs,
 208 Thrēiciamque Samum — *quæ nunc Samothrācia fertur.*
 Hinc illum, Corythī Tyrrhēn^a ab sēde profectum,

37. Sans doute faut-il comprendre « les crêtes des casques ».

38. TRABEA, TRABEÆ, n. f. — manteau blanc orné de bandes de pourpre. [*trabs* ? *taberna* ? origine étrusque?]

39. ANCĪLE, -IS, n. nt. — bouclier ovale ; bouclier sacré tombé du ciel pendant le règne de Numa.

aurea nunc soliō stēllantis rēgia cæli
accipit; et numerum dīvōr^{um} altāribus⁴⁰ auget. »

212

Dixerat, et dict^a Īlionēus⁴¹ sic vōce **secūtus**:

« Rēx, genus ēgregium Faunī, nec flūctibus āctōs,
ātra **subēgit** hiems vestrīs succēdere terrīs;
nec sīdus regiōne⁴² viæ, litusve **fefellit** :
cōnsili^o hanc omnēs, animīsque volentibus, urbem
adferimur — pulsī rēgnīs, quæ maxima quondam,
extrēmō veniēns, sōl **aspiciēbat**, Olympō.

216

Ab Jove prīncipium generis; Jove Dardana pūbēs

220

gaudet avō : rēx, ipse Jovis dē gente suprēmā,
— Trōiūs Ænēās! — tua nōs ad līmina **mīsīt**.

*Quanta per Īdæōs, sævīs effūsa Mycēnīs,
tempestās **ierit** campōs, quibus āctus uterque*

224

*Eurōp^æ atqu^e Asiæ fātīs **concurrerit** orbis,
audiit⁴³, et sī quem tellūs extrēma refūsō
summovet Ōceanō], et sī qu^{em} extenta, plagārum⁴⁴
quattuor in mediō, **dirimit** plaga sōlis inīquī.*

228

Dīluvi^o ex illō, tot vasta per æquora vectī,
dīs sēd^{em} exiguam patriīs, ⁴⁵lītusque **rogāmus**
innocuum, et cūctīs undamqu^e auramque patentem.

40. Il s'agit des autels qui lui sont élevés.

41. Ilionée est le chef de l'ambassade troyenne. (Cf. I, 120 et 521).

42. L'ablatif indique le domaine dans lequel les étoiles, l'apparence des rivages auraient pu les tromper : leur cap.

43. Le sujet de *audiit*, ce sont chacune des propositions en *sī quem* qui suivent (*≈ aliquis, sī quem...*), où *quem* n'est pas le pronom relatif, mais le pronom indéfini.

44. PLAGA, -Æ, n. f. — étendue, région. [πλαζ, πλατῶς; *flake*, *plage*]. Sans doute s'agit-il des quatre zones du ciel qui se reflètent dans quatre zones de la Terre : nord, sud, est, ouest ? La zone du milieu, c'est celle du soleil excessif ; ce pourrait être l'Éthiopie des anciens, le pays du soleil brûlant : ceux qui sont séparés de nous par cette Éthiopie, ce sont ceux qui habitent aux Antipodes.

45. Il s'agit d'une rive du fleuve. Ce *lītus* serait *innocuum* « *nōn quod nulli noceat, sed quod vindicatō nulli possit noceri* », selon Servius ; en fait ce que prétend Ilionée, c'est que la demande des Troyens est innocente, dans la mesure où ils ne nuiraient à personne, de même qu'ils ne demandent que l'air et l'eau, qui sont à la disposition de tous (*cūctīs patentem*).

232 **◀◀** Nōn **erimus** rēgn^o indecorēs; nec vestra **ferētur**
 fāma levis⁴⁶, tantiqu^e **abolescet** grātia factī;
 nec Trojām Ausoniōs gremiō excēpisse **pigēbit**.
 Fāta per Ænēæ, **jūrō**, dextramque potentem,
sīve fidē, seu quis⁴⁷ bell^o est expertus, et armīs :
 236 *Multi nōs populī, multæ — nē temne, quod ultrō*
præferimus manibus vittās, ac verba precantiā —
et petiēre, sibⁱ et voluēr^e adjungere gentēs.

Sed nōs fāta deum, vestrās exquirere terrās,
 240 imperiīs **ēgēre** suīs. Hinc Dardanus ortus,
 hūc **repetit**; jussīsque ingentibus, **urget** Apollō :
 Tyrrhēn^{um} ad Thybr^{im}, et fontis vada sacra Numīcī.
Dat tibi prætereā fortūnæ parva priōris
 244 mūnera — reliquiās Troj^ā ex ārdente receptās.

Hōc pater Anchīsēs aurō **libābat** ad ārās,
 hoc Priamī gestāmen⁴⁸ **erat**, cum jūra vocātīs
 mōre **daret** populīs : scēptrumque; sacerque tiārās⁴⁹;
 248 Īliadumque labor, vestēs. »

Tālibus Īlionēi dictīs, dēfīxa⁵⁰ Latinus
 obtūtū⁵¹ **tenet** ōra; solōque immōbilis **hæret**,
 intentōs volvēns oculōs. Nec purpura rēgem
 252 picta **movet**, nec scēptra **movent** Priamēia tantum,
 quant^{um} in cōnubiō nātæ, thalamōque **morātur**,
 et veteris Faunī **volvit** sub pectore sortem⁵² :
hunc illum, fātis externā ab sēde profectum,

46. Il s'agit d'une litote : si cette gloire ne sera pas légère, c'est qu'elle sera grande.

47. On peut entendre ici « *potentem, sive quis est qui fidē, seu bellō et armīs (quem dextram) expertus est* ». Sa main est puissante quand on l'éprouve, que ce soit par la confiance qu'elle inspire, ou par la puissance des coups qu'elle peut porter.

48. GESTĀMEN, -INIS, *n. nt* — objet porté : fardeau, vêtement, ornement, portée, fruit, etc. ; ce qui sert à porter, à transporter, moyen de transport. [*gestō*]

49. TIĀRĀS, -Æ, *n. m.* — tiare.

50. DĒFĪGŌ, -IS, -ERE, ĪXĪ, -ĪXUM, *v. t.* — planter, ficher, fixer.

51. OBTŪTUS, -ŪS, *n. m.* (OBTŪEOR, ĒRIS, -ĒRĪ, OBTŪTUS SUM) — regarder en face.

52. SORS est ici utilisé au sens métonymique d'oracle.

256 *portendī generum, ⁵³paribusqu^e in rēgna vocārī
auspiciīs; huic prōgeniem virtūte futūram
ēgregi^{am}, et tōtum quæ vīribus occupet orbem.*

Tandem lætus ait : « Dī nostr^a incepta **secudent**,
260 auguriumque suum ! **Dabitur**, Trojāne, quod **optās**.
Mūnera nec **spernō** : nōn vōbīs, rēge Latīnō,
dīvitis ūber⁵⁴ agrī, Trojæ^v opulencia, **dēerit**.
Ipse mod^o Ænēās, nostrī sī tanta cupīdō **est**,
264 — sī jungⁱ hospitīō **properat**, sociusque vocārī —
adveniat ! Vultūs nē^v **exhorrēscat** amicōs :
pars mihi pācis **erit** dextram tetigisse tyrannī.
Vōs contrā rēgī, mea nunc mandāta **referte** :
268 “Est mihi nāta, virō gentis quam jungere nostræ
nōn patri^o ex adytō sortēs, nōn plūrima cælō
mōnstra, **sinunt** ; generōs externīs adfor^e ab ōrīs,
— hoc Latiō restāre⁵⁵ **canunt** — quī sanguine nostrum
272 nōmen in astra **ferant**.” Hunc illum poscere fāta
et reor et, sī quid vērī mēns **augurat**, **optō**. »

Hæc effātus, equōs numerō⁵⁶ pater **ēligit** omnī :
stābant ter centum nitidī in præsēpibus altīs.
276 Omnibus extemplō Teucris **jubet** ōrdine dūcī
instrātōs ostr^o ālipedēs, pictisque tapētīs⁵⁷ :
aurea, pectoribus dēmissa, monīlia **pendent** ;
tēctⁱ aurō, fulvum **mandunt** sub dentibus aurum.
280 Absentⁱ Ænēæ : currum, geminōsque jugālīs⁵⁸
sēmin^e ab ætheriō, spīrantīs nāribus ignem,

53. Les auspices sont égaux pour Énée et pour Latinus.

54. ŪBER, -RIS, *n. nt.* — mamelle, fertilité. [οὔθηρα]

55. RESTŌ, -ĀS, -ĀRE, *v. i.* — s’opposer, résister ; s’arrêter, rester.

56. Ablatif locatif : « parmi tout le nombre de ses chevaux ».

57. TAPĒS, TAPĒTIS, *n. nt.* — tapis, tapisserie. [<τάπης, τάπητος]

58. JŪGĀLIS, *E, adj. qual.* — attelé, « de joug », d’attelage. Ces chevaux jumeaux attelés évoquent les divins chevaux d’Achille, Ξανθός et Βαλός. (Cf. Iliade, XVI, 867)

*illōrum dē gente, patri⁵⁹ quōs dædala Circē,
suppositā dē māt̄re, nothōs⁶⁰ fūrāta creāvit.*

284 Talibus Æneadæ dōnīs dictisque Latīnī,
sublīmēs in equīs **redeunt** ; pācemque **reportant**.

Allectō

*E^{ccē} aut^{em} : Īnachīūs⁶¹ sēsē referēbat ab Argīs
288 sæva Jovis conjūnx ; aurāsquē invecta tenēbat,
et læt^{um} Ænēān, classemquē, ex æthere longē,
Dardaniam Siculō **prōspexit**, ab usque Pachynō⁶².*

Mōlirī jam tēcta **videt**, jam fidere terræ,
dēseruisse ratēs : **stetit**, ācrī fixa dolōre.

292 Tum quassāns caput, hæc **effundit** pectore dicta :

« Heu stirp^{em} invīs^{am}, et fātīs contrāria nostrīs
fāta Phrygum ! Num Sīgēīs⁶³ occumbere campīs,
Num captī **potuēre** capī ! Num incēnsa **cremāvit**
296 Troja virōs ! Mediās aciēs mediōsque per ignīs
invēnere viam. At, crēdō, mea nūmina tandem
fessa **jacent**, odiīs aut exsaturāta **quiēvī** !

300 **◀◀** Quīn etiam patri^ā excussōs īnfēsta per undās
ausa sequī, et profugīs tōtō m^e oppōnere pontō...

Absūmpt^{us} in Teucrōs vīrēs cælique marisque !
Quid Syrtēs aut Scylla mihī, quid vasta Charybdis
prōfuit ? Optātō conduntur Thybridis alveō,
304 sēcūrī pelagⁱ atque meī. Mārs perdere gentem

59. Circé est la fille du Soleil. Il faut rapporter ce datif à *fūrāta*.

60. NOTHUS, -A, -UM, *adj. qual.* — bâtard, illégitime, croisé. [νόθος]

61. Argos avait été fondée par Inachos, père d'Io. Inachos est le fleuve qui arrose l'Argolide, et Argos était un des centres du culte d'Héra. (Cf I, 24, pour Argos). Io raconte dans le *Prométhée* d'Eschyle qu'un rêve, puis un oracle, firent en sorte qu'Inachos exilât Io : « τέλος δ' ἐναργής βάξις ἦλθεν Ἰνάχω / σαφώς ἐπισκίπτουσα καὶ μῦθουμένη / ἕξω δόμων τε καὶ πάτρᾶς ὠθεῖν ἐμέ, / ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὄροις, / εἰ μὴ θέλοι πυρῶπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν / κεραυνόν, ὃς πᾶν ἐξαϊστώσοι γένος. »

62. PACHYNUM, -Ī, *n. nt.* — Pachynum, promontoire à l'E. de la Sicile,auj. capo di Passaro.

63. Le cap Sigée est un promontoire de la Troade.

immānem Lapithum⁶⁴ **valuit, concessit** in irās
 ipse de^{um} antīquam genitor Calydōna⁶⁵ Diānæ...
 Quod scelus aut Lapithās tant^{um}, aut Calydōna merentem?

308



Ast ego, magna Jovis conjūnx, nīl linquer^e inausum
 quæ **potu**ⁱ infēlix, quæ mēmet in omnia **verti**,
vincor ab Ænēā. Quod sī mea nūmina nōn **sunt**
 magna satis, **dubit**^{em} haud equid^{em} implōrāre quod usquam **st** :
 flectere sī **nequeō** superōs, Acheronta **movēbō**.

312

Nōn **dabitur** rēgnīs, **estō**, prohibēre Latīnīs,
 atque^e immōta **manet** fātis Lāvīnia conjūnx :
 at traher^e atque morās tantīs **licet** addere rēbus,
 at **licet** ambōrum populōs excindere⁶⁶ rēgum.

316

Hāc gener atque socer **coeant** mercēde suōrum :
 sanguine Trojān^ō et Rutulō **dōtābere**, virgō,
 et Bellōna⁶⁷ **manet** tē prōnuba⁶⁸. Nec face⁶⁹ tantum

320

Cisseis⁷⁰ prægñāns, ignīs **ēnīxa** jugālīs :

-
64. Mars, n'ayant pas été invité aux noces de son petit-fils Pirithoos, roi des Lapithes et d'Hippodamie, excita une rixe mortelle entre les Lapithes et les Centaures, leurs cousins. Dans l'*Odyssée* (XXI, 293-304), Antinoos attribue la faute au vin, et à Eurytion, qui s'enivra.
65. Il s'agit de l'histoire du sanglier de Calydon. Diane était omise par Œnée, roi d'Étolie, dans les sacrifices qu'il offrait. Jupiter abandonna le territoire de Calydon, ville d'Étolie, pour que Diane y pût exercer sa vengeance. Alors elle suscita un sanglier dévastateur, que tua Méléagre (Ovide, *Métamorphoses*, VIII, 270) ; puis elle provoqua une guerre entre les Étoliens et les Curètes, venus à leur secours au sujet des dépouilles du sanglier. (Homère, *Iliade*, IX, 529-599 ; c'est Phénix qui raconte, afin de montrer à Achille que les anciens acceptaient les cadeaux.)
66. EXSCINDŌ, -IS, -ERE, -SCIDĪ, -SCISSUM, *v. t.* — déchirer, détruire, briser.
67. BELLONE était un attribut de Mars ; cette vertu devint une personne, en vertu d'un procédé constant de l'imagination romaine. Bellone figure comme divinité distincte dans la formule par laquelle Décimus se consacra (Tite-Live, VIII, 9, 6). Un temple lui fut voué par Appius Claudius Cæcus en 296. Un vase la représente avec une chevelure emmêlée de serpents ; ce sont les attributs de la divinité grecque Ἐνυό, déesse des batailles, mère, fille ou nourrice d'Arès (*Iliade*, V, 333 : « πολίπορθος Ἐνυώ », « Enyō brise-ville » ; 590-593 : « Τοὺς δ' Ἐκτωρ ἐνόησε κατὰ στήθας, ὄρτο δ' ἐπ' αὐτοὺς / κεκλιγγῶς ἄμα δὲ Τρώων εἶποντο φάλαγγες / καρτεραί· ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ πότνι Ἐνυώ, / ἣ μὲν ἔχουσα Κυδοιμὸν ἀναιδέα δῆϊστῆτος » : « Quand Hector les vit dans les rangs, il fonça sur ces hommes, / avec un cri, suivi aussitôt par les troupes troyennes, / terrifiantes, menées par Arès et Ἐνυό souveraine ; elle portait le Tumulte impudent, coutumier du carnage. ») [Traduction Ph. Brunet]
68. PRŌNUBA, -Æ, *n. f.* — demoiselle d'honneur ; épithète normalement dévolue à Junon elle-même : « Prīma et tellūs et prōnuba Jūnō / dant sīgnum » (IV, 166 : Didon se donne à Énée dans la grotte).
69. Quand Hécube était enceinte de Pâris, elle crut voir dans son sein une torche, symbole du fils qui allait naître, et qui allait un jour répandre l'incendie en Troade. Virgile superpose à ce symbole celui des flambeaux du mariage : Pâris aura été une torche incendiaire en allumant les flambeaux de son union avec Héléne. Junon veut faire de Vénus une seconde Hécube, et surtout d'Énée un second Pâris.
70. La CISSÉIDE est Hécube, fille de Cissée, roi de Thrace, d'après Euripide (*Hécube*, 3). Homère en fait la fille de Dymas, roi de Thrace.

quīn īdem Venerī partus suos, et Paris alter,
fūnestæqu^e iterum, recidīv^a in Pergama, tædæ ! »

324 **H**æc ubi dicta **dedit**, terrās horrenda **petīvit** ;
lūctific^{am} Allectō⁷¹ dīrār^{um} ab sēde deārum,
īfernīsque **ciet** tenebrīs, cui trīstia bella
īræque īnsidiæque et crīmina noxia cordī.
Ōdit et ipse pater Plūtōn, **ōdēre** sorōrēs
328 Tartareæ mōnstrum : tot sēsē **vertit** in ōrā,
tam sævæ faciēs, tot **pullulat** ātra colubrīs.

Quam Jūnō hīs **acuit**⁷² verbīs ac tālia **fātur** :
« Hunc mihi **dā** proprium, virgō sata Nocte, labōrem,
332 hanc operam, nē noster honōs īnfrāctave **cēdat**
fāma locō, neu cōnūbiīs ambīre Latīnum
Æneadæ **possint**, Italōsv^e obsīdere finis.
Tū **potes** ūnanimōs armār^e in proelia frātrēs
336 atqu^e odiīs versāre domōs, tū verbera tēctīs
fūnereāsque īferre facēs, tibi nōmina mille,
mille nocendⁱ artēs. Fēcundum **concute** pectus,
disjice compositam pācem, **sere** crīmina belli ;
340 arma **velit**, **poscat**que simul, **rapiat**que juventūs ! »

Exim, Gorgoneīs Allect^o īfecta venēnīs
prīncipiō Latī^{um} et Laurentis tēcta tyrannī
celsa **petit**, tacitumqu^e **obsēdit** limen Amātæ,
344 *quam — super adventū Teucrum, Turnīqu^e hymenæis —*
fēmine^x ārdentem cūræqu^e īræque coquēbant.
Huic dea cæruleīs ūnum dē crīnibus anguem
conjicit ; inque sinum præcordi^a ad intima **subdit**,
348 quō furibunda domum mōnstrō permisceat omnem.
ill^e, inter vestīs et lēvia pectora lāpsus,

71.

72.

volvitur attactū nūllō ; **fallit**que furentem,
 vīpeream inspīrāns animam ; **fit** tortile⁷³ collō
 352 aurum ingēns coluber, **fit** longæ tænia vittæ⁷⁴ ;
innectitque comās, et membrīs lūbricus **errat**.

Ac dum prīma luēs⁷⁵ ūdō⁷⁶ sublāpsa venēnō
pertemptat sēnsūs, atqu^e ossibus **implicat** ignem,
 356 *necd^{um} animus tōtō percēpit pectore flammam,*
mollius et solitō mātrum dē mōre locūta^est,
multa super nātæ lacrimāns Phrygiisque hymenæis :
 « Exsulibusne **datur** dūcenda Lavīnia Teucrīs,
 360 ō genitor, nec tē **miseret** nātæque tuīque ?
 Nec mātris **miseret**, quam prīm^o Aquilōne **relinquet**
 perfidus, alta petēns abductā virgine prædō ?
 at nōn sic Phrygius **penetrāt** Lacedæmona pāstor,
 364 Lēdæamqu^e Helenam Trojānās **vēxit** ad urbēs ?
 Quid tua sāncta fidēs ? Quid cūra antīqua tuōrum
 et cōsanguineō totiēns data dextera Turnō ?
 Sī gener externā **petitur** dē gente Latīnīs,
 368 idque **sedet**, Faunīque **premunt** tē jussa parentis,
 omn^{em} equidem scēptrīs terram quæ libera nostrīs
dissidet externam **reor** et sic dicere dīvōs.
 et Turnō, sī prīma domus **repetātur** orīgō,
 372 Īnachus Ācrisiusque patrēs mediæque Mycēnæ. »

His ubi nēquīquam dictīs **experta**, Latīnum
videt, *penitusqu^e in vīscera lāpsum*
serpentis furiāle malum, tōtamque **pererrat**,
 376 tum vēr^o infēlix, *ingentibus excita mōnstrīs⁷⁷,*

73. TORTILIS, TORTILE, *adj. qual.* — tortillé, qui s'enroule. [*torqueō*]

74. Génitif de qualité : un ruban à la longue bandelette.

75. LUËS, LUIS, *n. f.* — dissolution, pourriture. Sens voisin de *tābēs*. [Rapprocher avec raison de λύω par les latins]

76. ŪDUS, ŪDA, ŪDUM, *adj. qual.* — humide [de *ūvidus*, de *ūveō* ; *ulīgō* ? *unda* ? association populaire avec *ύδωρ*]

77. Bien penser qu'il s'agit des « prodiges », et non des « monstres » : il y a un monstre, le serpent, qui produit des prodiges dans l'esprit d'Amata.

immēnsam sine mōre **furit** lymphāta per urbem.
Ceu quondam tortō volitāns sub verbere turbō,
quem puerī magnō in gŷrō, vacu^a ātria circum
 380 *intentī lūd^o, exercent, — ill^e āctus habēnā*
curvātis fertur spatiis ; stupet īnscia suprā,
impūbēsque manūs mīrāta volūbile buxum :
dant animōs plāgæ : nōn cursū sēgnior illō
 384 per mediās urbēs **agitur**, populōsque ferōcīs.

Quīn eti^{am} in silvās, *simulātō nūmine Bacchī,*
majjus adorta nefās, majjōremqu^e ōrsa furōrem⁷⁸,
ēvolat et nātam frondōsīs montibus **abdit**,
 388 quō thalam^{um} **ēripiat** Teucrīs, tædāsque **morētur**,
« Euhœ⁷⁹ Bacche » fremēns, solum tē virgine dignum
vōciferāns, etenim mollis tibi sūmere thyrsōs,
tē lūstrāre chorō, sacrum tibi pāscere crīnem.
 392 Fāma **volat**, furiīsqu^e accēnsās pectore mātṛēs
 īd^{em} omnīs simul ārdor **agit** nova quærere tēcta.
Dēseruēre domōs, ventīs dant colla comāsque ;
ast aliæ tremulīs ululātibus æthera complent
 396 *pampineāsque gerunt, incinctæ pellibus, hastās.*

Ips^a inter mediās flagrantem fervida pīnum
sustinet, ac nātæ Turnīque **canit** hymenæōs,
 sanguineam torquēns aciem ; torvumque repente
 400 **clāmat** : « Iō mātṛēs, **audīt^e**, ubi quæque, Latīnæ :
 sī qua piīs animīs **manet** infēlicis Amātæ
 grātia, sī jūris māternī cūra **remordet**,
solvite crīnālīs vittās, **capite** orgia mēcum. »

404 **T**āl^{em} inter silvās, inter dēserta ferārum,
 rēgīn^{am} Allectō stimulis **agit** undique Bacchī.

78. Remarquez l'allitération *adorta, majjōrem, ōrsa, furōrem*, doublée de la paronymie/synonymie de *ortus/ōrsus*.

79. EUHŒ, *interj.* — évohé, cri des bacchantes. [εὐοῖ]

Postquam **vīsa** satis prīmōs acuisse furōrēs
 cōnsiliumqu^e omnemque domum vertisse Latīnī,
 408 prōtinus hinc fuscīs trīstis dea **tollitur** ālis
 audācis Rutulⁱ ad mūrōs, *quam dīcitur urbem*
 Ācrisiōnēis⁸⁰ Danaē fundāsse colōnīs,
 præcipitī dēlāta Notō. Locus Ardea⁸¹ quondam
 412 **dictus** avīs⁸², et nunc magnum **manet** Ardea nōmen,
 *sed fortuna **fuit**. Tēctīs hīc Turnus in altīs*
 *jam mediam nigrā **carpēbat** nocte quiētem.*

Allectō torvam faci^{em} et furiālia membra
 416 **exiit**, in vultūs sēsē **trānsfōrmat** anīlis,
 et front^{em} obscēnam rūgīs⁸³ **arat** ; **induit** albōs
 cum vittā crīnīs, tum rāmum **innectit** olīvæ ;
fit Calybē Jūnōnis anus templique sacerdos.
 420 Et juvenⁱ ante oculōs hīs sē cum vōcibus **offert** :
 « Turne, tot incassum⁸⁴ fūsōs **patiēre** labōrēs,
 et tua Dardaniīs trānscribī scēptra colōnīs ?
 Rēx tibi conjugū^{um} et quæsītās sanguine dōtēs
 424 **abnegat**, externusqu^e in rēgnum **quæritur**
 hērēs. Ī nunc, ingrātīs **offer** t^e, inrīse, perīclīs ;
 Tyrrhēnās, ī, **sterne** aciēs, **tege** pāce Latīnōs.
 *Hæc adeō tibi mē, placidā cum nocte **jacērēs**,*
 428 *ipsa palam fārⁱ omnipotēns Sātūrnīa **jussit**.*
 Quār^e **ag^e** et armārī pūbem portisque movērī
 lætus in arva **par^ā**, et Phrygiōs quī flūmine pulchrō
 cōnsēdere ducēs pictāsque **exūre** carīnās :
 432 *cælestum vīs magna **jubet**. Rēx ipse Latīnus,*

80.

81. ARDEA, la capitale des Rutules, se trouvait près de la mer. Les Rutules, après avoir joué un certain rôle dans l'histoire ancienne de Rome et même servi de médiateurs entre Rome et la ligue latine (258/496), disparaissent de bonne heure. Ardée devient une colonie romaine en 312/442.

82. Il s'agit de AVUS, AVĪ, « aïeul, grand-parent ».

83.

84.

nī dare conjugī^{um} et dictō pārēre **fatētur**,
sentiat et tandem Turn^{um} **experiātur** in armīs. »

436 **H**īc juvenis, vāt^{em} inrīdēns sīc ōrsa vicissim
 ōre **refert** : « Classīs invectās Thybridis undam⁸⁵
 nōn, ut **rēre**, meās **effūgit** nūntius aurīs ;
 nē tantōs mihi **finge** metūs. Nec rēgia Jūnō
 immemor **est** nostrī.
 440 Sed tē vīcta sitū, vērīqu^e effēta⁸⁶, senectūs,
 ō māter, cūrīs nēquīqu^{am} **exercet** ; et arma
 rēg^{um} inter, falsā vātem formīdine **lūdit**.
 Cūra tibi : dīv^{um} effigiēs et templa tuērī ;
 444 bella virī pācemque **gerent**, quīs bella gerenda. »

Talibus Allectō dictīs **exārsit** in īrās.
 At juvenī ōrantī subitus tremor **occupat** artūs ;
dēriguēr^e oculī : tot Erīnys **sībilat** hydrīs
 448 tantaque sē faciēs **aperit** ; *tum flammea torquēns*
lūmina, cūnctant^{em} et quærentem dīcere plūra
reppulit, et *geminōs ērēxit crīnibus angūis ;*
verberaqu^e īnsonuit, rabidōqu^e hæc addidit ōre :
 452 « Ēn ego vīcta sitū, quam⁸⁷ vērī effēta senectūs,
 arm^a inter rēgum, falsā formīdine **lūdit**.
Respic^e ad hæc : **adsum** dīrār^{um} ab sēde sorōrum,
 bella manū lētumque **gerō**. »

456 **S**īc effāta, facem juvenī **conjēcit**, et ātrō
 lūmine fūmantīs **fixit** sub pectore tædās.
 Ollī somn^{um} ingēns **rumpit** pavor, ossaqu^e et artūs
perfundit tōtō prōruptus corpore sūdor.

85. Infinitive (esse sous-entendu) apposée à *nūntius*.

86.

87. Génitif de relation.

460 Arm^a amēns **fremit**⁸⁸, arma torō tēctisque **requirit** ;
sævit amor ferrⁱ et scelerāt^a insānia bellī,
 ira super : magnō velutī cum flamma sonōrē
 virgea⁸⁹ **suggeritur** costīs undantis aēnī
 464 **exsultant**qu^e æstū laticēs⁹⁰, **furit** intus aquā⁹¹
 fūmidus atqu^e altē spūmīs **exūberat** amnis,
 nec jam sē **capit**⁹² unda, **volat** vapor āter ad aurās.
 Erg^ō iter ad rēgem pollūtā pāce Latīnum
 468 **indīcit** prīmīs juven^{um} et **jubet** arma parārī,
 tūtārⁱ Ītaliā, dētrūdere finibus hostem ;
 sē satis ambōbus Teucrīsque venīre⁹³ Latīnisque.

472 **H**æc ubi dicta **dedit**, dīvōsqu^e in vōta **vocāvit**,
 certātīm sēsē Rutulī **exhortantur** in arma.
 Hunc⁹⁴ decus ēgregium fōrmæ **movet** atque juventæ,
 hunc atavī rēgēs, hunc clārīs dextera factīs.
 Dum Turnus Rutulōs animīs audācibus **implet**,
 476 Allectō in Teucrōs Stygiīs sē **concitāt** ālis,
 arte novā, *speculāta locum,* quō lītore *pulcher,*
insidiīs cursūque, ferās **agitābat** Iūlus.
 Hīc subitam canibus rabiem Cōcȳtia⁹⁵ virgō
 480 **objicit**, et nōtō nārīs **contingit** odōre,
ut cervum ārdentēs agerent ; quæ prīma labōrum
causa fuit, bellōqu^e animōs accendit agrestīs.
Cervus erat fōrmā præstantⁱ et cornibus ingēns,
 484 *Tyrrhīdæ puerī quem mātris ab ūbere raptum*
nūtribant, Tyrrhusque pater, cui rēgia **pārent**

88. FREMŌ peut être transitif : les armes sont ce sur quoi portent son frémissement.

89. VIRGEUS, -A, -UM, adj. qual. — fait de baguettes, de brindilles. COSTA, -Æ, n. f. — côté, flanc, côte. UNDANTIS AĒNĪ : d'un chaudron bouillonnant.

90. LATEX, LATICIS, n. m. — liqueur, liquide.

91. Génitif de relation, complément de *fūmidus*.

92. « contenir, renfermer, embrasser ».

93. Ils sont assez (forts) pour attaquer...

94. HUNC... HUNC... HUNC... : « tel (des Rutules)... tel... tel... »

95. Cocytienne, du Cocyte, c'est-à-dire des enfers.

arment^a et lātē cūstōdia **crēdita** campī.

488 *Adsuēt^{um} imperiīs soror omnī Silvia cūrā*
*mollibus intexēns **ōrnābat** cornua sertīs,*
***pectēbat**que ferum ; pūrōqu^e in fonte **lavābat**.*

492 ***I**lle manum patiēns, mēnsæqu^e adsuētus erīlī,
Lerrābat silvīs, rūrsusqu^e ad līmina nōta
 ipse domum, sērā quamvīs, sē nocte **ferēbat**.*

Hunc procul errantem rabidæ vēnantis Iūlī
***commōvère** canēs, fluviō cum forte secundō*
***dēfluaret**, rīpāque æstūs viridante **levāret**.*

496 *Ips^e eti^{am} eximiæ laudis succēnsus amōre*
*Ascanius curvō **dērēxit** spīcula cornū;*
*nec dextr^æ errantī deus **āfuit** ; āctaque multō*
*perqu^e uterum sonitū, perqu^e ilia **vēnit***
 500 *harundō. Saucius at quadripēs nōt^a intrā tēcta **refūgit***
***successit**que gemēns stabulīs. Questūque, cruentus*
*atqu^e implōrantī similis, tēct^{um} omne **replēbat**.*

504 ***S**ilvia pīma soror, palmīs percussa lacertōs*
*auxilium **vocat** et dūrōs **conclāmat** agrestīs.*
 Ollī — pestis enim tacitis **latet** aspera silvīs —
 imprōvīsⁱ **adsunt**, hic ⁹⁶torr^e armātus obustō,
 stīpitis hic gravidī nōdīs; quod cuique repertum
 508 rīmantī⁹⁷ tēl^{um} ira **facit**. **Vocat** agmina Tyrrhus,
 — quadrifidam quercum cuneīs ut forte coāctīs
***scindēbat** — raptā spīrāns immāne secūrī.*

512 ***A**t sæv^a ē speculīs, tempus dea nacta nocendī,*
*ardua tēcta **petit** stabulⁱ; et dē culmine summō,*
 pāstōrāle **canit** signum, cornūque recurvō
 Tartaream **intendit** vōcem, quā prōtinus omne

96.

97.

516 *contremuit* nemus et *silvæ* *insonuere* profundæ ;
audiit et *Triviæ*⁹⁸ longē lacus, *audiit* amnis
sulpurēā Nār *albus* aquā, *fontēsque* Velinī,
et *trepidæ* matrēs *presser̄* ad pectora nātōs.
tum *vēr̄*⁹⁹ ad vōcem celerēs, *quā* būcina signum
520 *dīra dedit*, *raptīs* concurrunt undique tēlīs
indomitī agricolæ, nec nōn et Trojā pūbēs
Ascani⁵ auxilium castrīs **effundit** apertīs.
Dērēxere aciēs. Nōn jam certāmin^e agrestī
524 *stīpitibus* dūrīs **agitur**, *sudibusve* præustīs,
sed *ferr̄*^o ancipitī **dēcernunt**. *Ātraque* lātē
horrēscit *strictīs* seges ēnsibus, *æraque* **fulgent**
sōle *laccessit*^a et *lūcem* sub nūbila **jactant** :
528 *flūctus* utī *prīmō* **coepit** c^{um} albēscere ventō,
paulātīm sēsē **tollit** mar^e et *altius* undās
erigit, *ind^e* imō **cōnsurgit** ad æthera fundō.
Hīc juvenis *prīm^{am}* ante aciem *strīdente* sagittā,
532 *nātōrum* Tyrrhī **fuera**t quī maximus, *Almō*,
sternitur ; *hæsit* enim sub gutture vulnus *et* ūdæ
vōcis iter *tenuemque* **inclūsit** sanguine vītam.
Corpora multa virum circā, *seniorque* Galæsus⁹⁹,
536 *dum* pācī medium sē **offert**, *jūstissimus* ūnus
quī **fuit**, *Ausoniīsque* ōlim *dītissimus* arvīs :
quīnque gregēs illi bālantum¹⁰⁰, *quīna* **redībant**
arment^a, *et* terram *centum* **vertēbat** arātrīs.

540 **A**tqu^e ea per campōs æquō dum Mārte **geruntur**,
*prōmissī*¹⁰¹ dea facta potēns, *ubi* sanguine bellum
imbuit et *prīmæ* **commisit** fūnera pugnæ,
dēserit Hesperī^{am} et cæli conversa per aurās,

98.

99.

100.

101. *Prōmissī potēns* : Maîtresse de ce qu'elle a promis, l'ayant accompli.

544 Jūnōnem victrīx **adfatur** vōce superbā :
 « Ēn, perfecta tibi bellō discordia trīstī ;
dīc in amīcitiā **coeant**, et fœdera **jungant** !
 Quandōquid^{em} Ausoniō **respersī** sanguine Teucrōs,
 548 hoĉ eti^{am} hīs **addam**, tua sī mihi **certa** voluntās :
 finitimās in bella **feram** rūmōribus urbīs,
accendamquē animōs insānī Mārtis amōre
 undiquē ut auxiliō **veniant** ; **spargam** arma per agrōs. »

552 **T**um contrā Jūnō : « Terrōr^{um} et fraudis abundē^e st :
stant bellī causæ, **pugnātur** comminus armīs,
 quæ fors p̄ima **dedit** sanguis novus **imbuit** arma.
 Tālia conjugī^a et tālīs **celebrent** hymenæōs
 556 ēgregium Veneris genus et rēx ipse Latīnus !
 Tē super ætheriās errāre licentius aurās
 haud pater ille **velit**, summī rēgnātor Olympī.
Cēde locīs. Ego, sī qua super fortūna labōrum^e st,
 560 ipsa **regam**. » *Tālīs **dederat** Sātūrnīa vōcēs.*

Ill^a autem **attollit** stridentīs anguibus ālās,
 Cōcŷtīque **petit** sēdem, super^a ardua linqūens.
 — *Est locus Itāliæ mediō sub montibus altīs,*
 564 *nōbilis et fāmā multīs memorātus in ōrīs,*
Ampsanctī vallēs ; dēnsīs hunc frondibus ātrum
***urget** utrimque latus nemoris, mediōque fragōsus*
***dat** sonitum saxīs et tortō vertice torrēns.*
 568 *Hīc specus horrend^{um} et sævī spīrācula Dītis*
***mōnstrantur** ; ruptōquē ingēns Acheronte vorāgō*
*pestiferās **aperit** faucēs, quīs¹⁰² **condit** Erīnys —*
*invīsum nūmen terrās cælumque **levābat**.*

102. Proposition difficile ; Servius, et beaucoup d'éditeurs, lit « condita ». Les autres, suivant les manuscrits, entendent « sē condit » dans « condit » : l'usage intransitif d'un verbe est en soi relativement fréquent. Je tente la lecture suivante : le vers 571 comporte une asyndète, où l'opposition qu'elle marque porte sur les temps : *condit* serait alors un présent d'énonciation, ou de vérité générale, qui continue la description actuelle de l'Ampsanctus ; *levābat* retourne à l'époque du narré.

Ad bellum

572 **N**ec minus intere^a extrēmam Sāturnia bellō
impōnit rēgīna manum. **Ruit** omnis in urbem
pāstōr^{um} ex aciē numerus ; cæsōsque **reportant**
Almōnem puerum, foedātiqu^e ōra Galæsi ;
576 **implōrant**que deōs ; **obtestantur**que Latinum.
Turnus **adest**, mediōqu^e in crīmine cædis et ignī
terrōrem **ingeminat** : *Teucrōs in rēgna vocārī,*
stirp^{em} admiscērī Phrygiam ; sē limine pellī !

580 **T**um quōr^{um} attonitæ Bacchō, nemor^a āvia matrēs
īnsultant thiasīs — nequ^e enim leve nōmen Amātæ ! —
undique collēctī **cœunt**, Mārtemque **fatīgant**¹⁰³.
Īlicet īnfandum cūnctī contrā ōmina bellum,
584 contrā fāta deum, perversō nūmine **poscunt**.
Certātīm rēgis **circumstant** tēcta Latīnī ;
ille, velut pelagō rūpēs¹⁰⁴ immōta, **resistit**,
ut pelagī rūpēs magnō veniente fragōre,
588 quæ sēsē multīs circum lātrantibus undīs
mōle **tenet** : scopulī nēquīqu^{am} et spūmea circum
saxa **fremunt**, laterīqu^e inlīsa **refunditur** alga.

Vēr^{um} ubi nūlla **datur** cæc^{um} exsuperāre potestās
592 cōnsili^{um}, et sævæ nūtū Jūnōnis **eunt** rēs,
multa deōs¹⁰⁵ aurāsque pater testātus inānīs :
« **Frangimur** heu fātīs, inquit, **ferimur**que procellā !
Ipsⁱ hās sacrilegō **pendētis** sanguine pœnās,
596 ō miserī. Tē, Turne, nefās, tē triste **manēbit**
supplicium, vōtisque deōs **venerābere** sērīs.

103. Sous-entendre « de leurs prières ».

104. Cette *rūpēs* s'oppose, par sa masse imposante aux *saxa* et aux *scopulī* de petite taille des vers 589-590.105. Latinus invoque les *aurās inānīs* avec les dieux parce qu'il sait qu'il ne sera pas écouté : dans la coordination des deux, tout se passe comme si les dieux se réduisaient ici à des vents volatils et vains.

Nam mihi **parta** quiēs, ¹⁰⁶omnisqu^e in limine portūs
 fūnere fēlicī **spolior**. » *Nec plūra locūtus, sæpsit*
 600 *sē tēctīs, rērumque reliquit habēnās.*

Mōs **erat** Hesperī^ō in Latiō, *quem prōtinus urbēs*
Albānæ coluēre sacrum, nunc maxima rērum
Rōma colit, cum prīma movent in prœlia Mārtem,
 604 *sīve Getīs īferre manū lacrimābile bellumn*
Hyrcānīsv^e Arabīsve, parant, seu tender^e ad Indōs
Aurōramque sequī, Parthōsque reposcere signa :
sunt geminæ Bellī portæ — sīc nōmine dīcunt —
 608 *religiōne sacr^æ et sævī formīdine Mārtis ;*
cent^{um} æreī claudunt vectēs¹⁰⁷ æternaque ferrī
rōbora, nec cūstōs absistit limine Jānus.
Hās, ubi certa sedet patribus sententia pugnæ,
 612 *ipse, Quirīnālī trabeā¹⁰⁸ cīnctūque Gabīnō,*
īnsignis reserat¹⁰⁹ strīdentia līmina cōnsul,
ipse vocat pugnās ; sequitur tum cētera pūbēs,
æreaqu^e adsēnsū cōspīrant cornua raucō.
 616 *Hōc et t^{um} Æneadis indicere bella Latīnus*
mōre jubēbātur trīstīsque reclūdere portās.
Abstīnuit tāctū pater, āversusque refūgit
fæda ministerī^a, et cæcīs sē condidit umbrīs.

620 **T**am rēgīna deum, *cælō delāpsa, morantīs*
impulit ipsa manū portās, et cardine versō
Bellī ferrātōs rumpit Sāturnia postīs.

106. Comprendre *omniō* ; on peut entendre un hypallage dans la mesure où *omnis*, au nominatif, se rapporte grammaticalement au sujet de *spolior*, et « sémantiquement » à ce verbe, même si forcément le sens et la syntaxe se rejoignent : « ma spoliation est tout entière dans la spoliation d'une mort heureuse » = « le tout de moi spolié est dans cette mort malheureuse. »

107. VECTIS, VECTIS, *n. f.* — levier, verrou. [*vehō*]

108. Se vêtir « à la Gabienne », ce serait rejeter un pan de la toge sur la tête et se passer l'autre autour de la taille, un peu comme une ceinture.

109. RESERŌ, RESERĀS, RESERĀRE..., *v. t.* — ouvrir (une porte), dévoiler, rendre accessible. [*sera*, barre pour fermer une porte ; sans doute aussi *serō*, *seris*, *serere*, *seruī*, *sertum*, tresser]

Ārdet inexcīt^a Ausoni^a, atqu^e immōbilis ante ;
 624 pars pedes ire **parat** campīs, pars arduus¹¹⁰ altīs
 pulverulentus equīs **furit** ; omnēs arma **requirunt**.
 Pars lēvis clipeōs et spīcula lūcida **tergent**
 arvīnā¹¹¹ pingū **subigunt**qu^e in cōte¹¹² secūrīs ;
 628 signaque ferre **juvat** sonitūsqu^e audīre tubārum.

Quīnqu^e adeō magnæ positīs incūdibus¹¹³ urbēs
 Q^tēla **novant** : Ātīna¹¹⁴ potēns, Tīburque superbum,
 Ardea, Crustumērīqu^e, et turrigeræ | Antemnæ.
 632 Tegmina¹¹⁵ tūta **cavant** capitem, **flectunt**que salignās¹¹⁶
 umbōnum crātīs¹¹⁷ ; aliī thōrācas aēnōs,
 aut lēvis ocreās¹¹⁸ lentō **dūcunt** argentō ;
 vōmeris¹¹⁹ hūc et falcis honōs, hūc omnis arātrī
 636 **cessit** amor ; **recoquunt** patriōs fornācibus ēnsīs.
 classica¹²⁰ jamque **sonant**, **it** bellō tessera¹²¹ signum ;
 hic galeam tēctīs trepidus **rapit** ; ille trementīs
 ad juga **cōgit** equōs, clipeumqu^e aurōque trilīcem
 640 lōrīc^{am} **induitur**, fidōqu^e **accingitur** ēnse.

110. Syllepse d'accord : tout se passe comme si l'on entendait *eques* sous *pars*.

111. ARVĪNA, -AE, n. f. — graisse, lard, saindoux.

112. CŌS, CŌTIS, n. f. — pierre dure, à polir, à aiguiser. [le pluriel a sans doute *cautēs* ; κῶνος]

113. INCŪS, INCŪDIS, n. f. — enclume. [*in, cūdō* ; ковѧть, *hew*]

114. ĀTĪNA, ville des Volsques, a gardé son nom antique. TĪBUR est aujourd'hui Tivoli. CRUSTUMERIA, Crustumeri ou Crustumium, se trouvait dans le nord du Latium, sur la *via Salāria*. ANTEMNÆ est une ville latine située au confluent du Tibre et de l'Anio.

115. Les TEGMINA CAPITUM, ce sont les casques.

116. SALIGNUS, -A, -UM, *adj. qual.* — d'osier, de saule. [*salix, sallow*]

117. CRĀTIS, -IS, n. f. — claie, treillis. [*crassus* ?]

118. OCREA, -Æ, n. f. — jambière. [étymologie populaire (Varron) : *ob crūs*]

119. VŌMER/VŌMIS, VŌMERIS, n. m. — soc de la charrue.

120. CLASSICUM, -Ī, n. nt. — signal donné par la trompette, le clairon qui sert à appeler les classes..

121. TESSERA, -Æ, n. f. — dé à jouer; tessère, petite tablette, signe de reconnaissance. [τεσσαράγωνος]

Catalogue des Italiens

644 **P**andite nunc Helicōna¹²², deæ, cantūsque movēte :
 quī bell^o **exciti** rēgēs, quæ quemque secūtæ
complērint campōs aciēs, quibus Ītala jam tum
flōruerit terr^a alma virīs, quibus **ārserit** armīs;
 et **meministis** enim, dīv^æ, et memorāre **potestis**;
 ad nōs vix tenuis fāmæ **perlābitur** aura.

648 **P**rīmus **init** bellum Tyrhēnis asper ab ōris
 contemptor dīvum Mezentius¹²³ agminaqu^e **armat**.
 Filius huic juxtā Lausus, quō pulchrior alter
 nōn **fuit**, exceptō Laurentis corpore Turnī;
 Lausus, equum domitor, dēbellātorque ferārum,
 652 **dūcit** Agyllinā nēquiqu^{am} ex urbe secūtōs
 mille virōs, — **dignus patriīs** quī **lætior esset**
*imperīs et cui pater haud Mezentius **esset**.*

656 **P**ost hōs, īnignem palmā per grāmina currum,
 victōrēsqu^e **ostentat** equōs satus Hercule pulchrō
 pulcher Aventīnus ; clipeōqu^e īnigne paternum,
 cent^{umm} anguīs, cīntamque **gerit** serpentibus Hūdram.
 660 *Collis Aventīnī silvā quem Rhēa sacerdōs*
*fūrtīvum partū sub lūminis **ēdidit** ōrās,*
mixta deō mulier, postquam Laurentia victor,
*Gēryon^e exstīnctō, Tīrynthius **attigit** arva,*
*Tyrhēnōque bovēs in flūmine **lāvit** Hibērās.*
 664 Pīla manū sævōsque **gerunt** in bella dolōnēs¹²⁴,
 et teretī **pugnant** mucrōne, verūque Sabellō.
 Ipse pedes, tegimen torquēns immāne leōnis,

122. Déclinaison grecque : accusatif singulier (Ἑλικῶνα).

123. D'après la tradition (Tite-Live, Denys, Justin, Pline, Ovide), Mézence est roi de Cæré ou Agylla. Il exerce sa tyrannie sur les Latins. On racontait (Caton, *Origines*, 1, 12), que Mézence avait exigé des Rutules qu'ils lui offrissent les prémices de la récolte de vin au lieu de l'offrir à Jupiter.

124. DOLŌN, DOLŌNIS, *n. m.* — dolon, bâton armé d'un fer très court. [δόλον]

692 **A**t Messāpus, equum domitor, Neptūnia prōlēs,
 quem neque fās ignī cuiquam, nec sternere ferrō,
 jam prīdem residēs populōs, dēs,ētaque bellō
 agmin^a in arma **vocat** subitō ; ferrumque **retractat**.
 Hi¹³¹ Fescennīnās aciēs, Æquōsque Faliscōs,
 696 hī Sōractis **habent** arcēs, Flāvīniaqu^e arva
 et Ciminī cum monte lacum, lūcōsque Capēnōs.

Ībant æquātī numerō ; rēgemque **canēbant** :

700 *ceu quondam niveī liquid^a inter nūbila cynī
 cum sēs^ē ē pāstū referunt et longa canōrōs
 dant per colla modōs, sonat amnis et Āsia longē
 pulsa palūs.*

704 *Nec quisqu^{am} ærātās aciēs, exāmine tantō,
 miscērī **putet**, āeriam sed gurgite ab altō
 urgērī volucrum raucār^{um} ad lītora nūbem.*

Ecce Sabīnōrum prīscō dē sanguine magnum
 708 agmen agēns Clausus magnīqu^e ipse agminis īstar,
*Claudia nunc ā quō diffunditur et tribus et gēns
 per Latium, postqu^{am} in partem **data** Rōma
 Sabīnīs. Ūn^a ingēns Amiterna cohors, prīscīque Quirītēs,
 Ērētī manus omnis, olīviferæque Mutuscæ ;
 712 quī Nōment^{um} urbem, quī Rōsea rūra Velīnī,
 quī Tetricæ horrentis rūpēs, montemque Sevērū
 Casperiamque **colunt** Forulōsqu^e et flūmen Himellæ,
 quī Tiberim Fabarimque **bibunt**, quōs frīgida **mīsīt**
 716 Nursī^a, et Ortīnæ classēs, populīque Latīnī,
 quōsque secāns īnfaust^{um} **interluit** Allia nōmen :
 quam multi¹³² Libycō **volvuntur** marmore flūctūs
 sævus ubⁱ Ōrīōn¹³³ hībernīs **conditur** undīs,*

131. Entendre dans ce vers *habent* dans le sens de « comprendre, embrasser », et dans le suivant dans le sens de « tenir ».

132. L'antécédent *tam multi* est sous-entendu.

133. Cf. I, 535.

720 *vel cum sōle novō dēnsæ torrentur aristæ,*
aut Hermī campō, aut Lyciæ flāventibus arvīs.
Scūta sonant *pulsūque pedum conterrita tellūs.*

724 **H**inc Agamemnonius, Trojānī nōminis hostis,
*H*currū **jungit** Halæsus equōs ; Turnōque ferōcīs
mille rapit populōs : *vertunt* fēlicia Bacchō
Massica quī rastrīs, et quōs dē collibus altīs
Auruncī mīsēre patrēs, Sidicināque juxtā¹³⁴
728 *æquora ; quīque Calēs linguunt ; amnisque vadōsī*
accola¹³⁵ Volturnī ; pariterque Satīculus asper,
Oscōrumque manus. Teretēs sunt aclydēs¹³⁶ illīs
tēla ; sed hæc lentō mōs est aptāre flagellō.
732 *Lævās cætra¹³⁷ tegit, falcātī comminus ēnsēs.*

Nec tū carminibus nostrīs indictus abībis,
Œbale, quem generāsse Telōn Sēbēthide nymphā
fertur, ¹³⁸Tēleboum Capreās cum rēgna tenēret,
736 *jam senior ; patriīs sed nōn et fīlius arvīs*
contentus, lātē jam tum diciōne premēbat
Sarrastīs populōs, et quæ rigat æquora Sarnus,
quīque Rufrās Batulumque tenent, atquē arva Celemnæ,
740 *et quōs māliferæ dēspectant mœni^a Abellæ,*
Teutonicō ritū solitī torquēre catejās¹³⁹ ;
tegmina quīs capitum raptus dē sūbere¹⁴⁰ cortex
ærātæque micant peltæ, micat æreus ēnsis.

134. Adverbe utilisé comme adjectif.

135. A ce point de l'énumération, on a oublié qu'il s'agit d'une apposition à *populōs*. En somme tout se passe comme si on avait un *ecce*.

136. ACLYS, ACLYDIS, *n. f.* — javelot, ou plutôt masse de jet (hérissée de pointes) attachée à une courroie. [ἀγκυλίς]

137. CÆTRA/CĒTRA, -Æ, *n. f.* — *Scūtum loreum quō ūtuntur Afrī et Hispanī* (Servius). COMMINUS = *ad pugnandum comminus*.

138. Complément du nom *rēgna*.

139. CATEJA, -Æ, *n. f.* — arme de jet des Gaulois ou des Germains capable, comme un boomerang, de revenir au point de départ.

140. SŪBER, SŪBERIS, *n. nt.* — chêne-liège.

744 Et tē, montōsæ **mīsēr**^f in prælia Nersæ,
 Ūfēns, īnsignem fām^ā et fēlicibus armīs,
 horrida præcipuē cui gēns ads^uētaque multō
 vēnātū nemorum, dūrīs Æquīcula¹⁴¹ glæbīs.

748 Armātī terr^{am} **exercent**, semperque recentīs
 convectāre **juvat** prædās, et vīvere raptō.

Quīn et Marruviā **vēnit** dē gente sacerdos,
 Fronde super gale^{am} et fēlicī cōmptus olīvā,
 752 Archippī rēgis missū : fortissimus Umbrō,
 vīpereō generⁱ et graviter spīrantibus hydrīs
 spargere quī somnōs cantūque manūque
solēbat, **mulcēbat**qu^e irās et morsūs arte **levābat**.

756 Sed nōn Dardaniæ medicārī cuspidis ictum
ēvaluit ; nequ^e eum **jūvēr**^f in vulnera cantūs
 somniferⁱ et Marsīs quæsītæ montibus herbæ.

Tē, nemus Angitiæ, vitreā tē Fūcinus undā,
 760 tē liquidī **flēvēre** lacūs !

Ibat et Hippolytī prōlēs, pulcherrima bellō,
 Virbius, īnsignem quem māter Arīcia **mīsīt**,
 ēduct^{um} Ēgeriæ lūcīs ūmentia circum
 764 litora, pinguis ubi et plācābilis āra Diānæ.
 Namque **ferunt** fām^ā Hippolytum, postquam arte novercæ
occiderit, patriāsqu^e **explērit** sanguine pœnās
 turbātīs distractus equīs, ad sīdera rūsus
 768 ætheri^a et superās cæli vēnisse sub aurās,
 Pæoniīs revocāt^{um} herbīs, et amōre Diānæ.
 Tum pater omnipotēns, aliqu^{em} indignātus ab umbrīs
 mortāl^{em} īnfernīs ad lūmina surgere vītæ,
 772 ipse repertōrem medicīnæ tālis et artis
 fulmine Phœbigenam Stygiās **dētrūsit** ad undās.

141. ÆQUICULUS, -A, -UM, adj. gentilé – èque, des èques. [Æquī, colō]

At Trivi^a Hippolytum sēcrētis alma **recondit**
 sēdibus et nymphæ Ēgeriæ nemorīque¹⁴² **relēgat**,
 776 *sōlus ubi in silvis Italīs ignōbilis ævum*
***exigeret**, versōqu^e ubi nōmine Virbius **esset**.*
Und^e etiam templō Triviæ lūcisque sacrātis
*cornipedēs **arcentur** equī, quod lītore currum*
 780 *et juvenem mōnstris pavidⁱ **effūdēre** marinīs.*
Filius ārdentis haud sētius æquore campī
***exercēbat** equōs, currūqu^e in bella **ruēbat**.*

Ips^e inter primōs, præstantī corpore, Turnus
 784 **vertitur**¹⁴³ arma tenēns et tōtō vertice suprā **st**.
 Cui, triplici crīnīta jubā, gale^a alta Chimæram
sustinet, Ætnæōs efflantem faucibus ignīs ;
tam magis illa fremēns, et trīstibus effera flammīs
 788 *quam magis effūsō **crūdēscunt** sanguine pugnæ.*
At lēvem clipeum, sublātis¹⁴⁴ cornibus, Īō
*aur^o **insignībat**, jam sētis obsita¹⁴⁵, jam bōs,*
¹⁴⁶argūment^{um} ingēns ; et cūstōs virginis Argus,
 792 *cælatāqu^e amnem fundēns pater Īnachus urnā.*

Insequitur nimbus peditum, clipeātaque tōtis
 agmina **dēnsentur** campīs, Argīvaque pūbēs,
 Auruncæque manūs, Rutulī, veterēsque Sicānī
 796 et Sacrān^æ aciēs, et pictī scūta Labicī ;
quī saltūs, Tiberīne, tuōs sacrumque Numicī
*lītus **arant** ; Rutulōsqu^e **exercēt** vōmere collīs*
Circæumque jugum, quīs Juppiter Ānxūrus arvīs
 800 ***præsidet**, et viridī gaudēns Fērōnia lūcō*
*— quā Saturæ **jacet** ātra palūs, gelidusque per imās*

142. Datif de destination + hendiadyn.

143. = *sē vertit, sē movet*.

144. C'est-à-dire que les cornes se sont déjà élevées, ont déjà poussé sur sa tête.

145. *obserō, obseris, -ere, -sēvi, -situm*

146. Sujet de composition artistique ou littéraire.

quærit iter vallīs, atquē in mare conditur Ūfēns.

804 **H**ōs super **advēnit** Volscā dē gente Camilla
 agmen agēns equit^{um} et flōrentīs ære catervās,
 bellātrīx — nōn illa colō calathīsve Minervæ
 fēmineās **ads,ēta** manūs, sed prœlia virgō
 dūra patī, cursūque pedum prævertere ventōs.

808 *Illa vel intāctæ segetis per summa **volāret**
 grāmina, nec tenerās cursū **læsisset** aristās,
 vel mare per medium, flūctū suspēnsa tumentī
ferret iter, celerīs nec **tingeret** æquore plantās.*

812 Ill^{am} omnis tēctīs agrīsque effūsa juventūs
 turbaque **mīrātur** mātr^{um}, et **prōspectat** euntem,
 attonitīs inhiāns animīs ut rēgius ostrō
vēlet honōs lēvīs umerōs, ut fībula crīnem

816 aur^ō **internectat**, Lyci^{am} ut **gerat** ipsa
 phāretr^{am}, et pāstōrālem præfixā cuspidē myrtum.